



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XXIV. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

**S** Martha S. Simeonis stylitæ, à diuturna super columnam statione gloriosi, cuius hodie memoria agitur, Mater vidit Deiparam duobus Angelis comitatam, quæ paratam Filio in cœlo gloriam ostendit. Hoc præmium erat Matris, quæ filium suum in cultu & amore B. V. educavit. *Bolland.* Ut hic corpore, ita nos mente à terra recedamus.

O S. Simeon ingens patientiæ & mortificationis exemplar, per tot annos in columna tenuisti stationem; impetra mihi terrenorum odium, ut affectu à perituris omnibus nunc abstracto, moriturus tantò faciliùs ab omnibus avelli possim sine dolore. Omnia nunc arbitrer ut stercora, ut Christum lucrifaciam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, inò infinities te saluto : te omni possibili omnium possibilem, &c. f. 2.

Ad quod impetrandum : Cur non aliquo tempore privatim uni pedi insistendo *MARIAM* hâc mortificatione celere possim?

Intende ô Domina piissima, ut nobis ad effectum perveniat, propter quod *DEUS* noster ex hoc castissimo utero factus homo inter homines venit. *S. Ans. de excel. V. c. 12.*

Quæstio: utrùm tres *SSS.* Trinitatis Personæ æqualiter Deiparam amaverint? v *Barri ep. Mar. l. 2. c. 4.*